

De la Férie

Lundi 9 décembre 2024

● 3ème classe

INTROÏT *Isaïe 30, 30*

Pópulus Sion, ecce, Dóminus véniet ad salvándas gentes : et audítam fáciet Dóminus glóriam vocis suæ in lætítia cordis vestri. **Ps. 79** Qui regis Israëł, inténde : qui dedúcis, velut ovem, Ioseph. **Ÿ.** Glória Patri.

Peuple de Sion, voici que le Seigneur va venir pour sauver les nations ; et le Seigneur fera entendre sa voix majestueusement pour la joie de votre coeur. **Ps. 79** Ecoutez-nous, vous qui gouvernez Israëł, vous qui conduisez Joseph comme une brebis. **Ÿ.** Gloire...

COLLECTE

Excita, Dómine, corda nostra ad præparándas Unigéniti tui vias : ut, per eius advéntum, purificátis tibi méntibus servíre mereámur : Qui.

Seigneur, excitez nos coeurs à préparer les voies de votre Fils unique ; afin que, par son avènement, nous méritions de vous servir avec une âme purifiée. Lui qui...

ÉPÎTRE *de saint Paul aux Romains 15, 4-13*

Fratres : Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt : ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus. Deus autem patientiae et solacii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum : ut unanimes, uno ore honorificetis Deum et Patrem Domini nostri Iesu Christi.

Propter quod suscipite invicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum : gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit : Laetamini, gentes, cum plebe eius. Et iterum : Laudate, omnes gentes, Dominum : et magnificate eum, omnes populi. Et rursus Isaïas ait : Erit radix Iesse, et qui exurgit regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo : ut abundetis in spe et virtute Spiritus Sancti.

GRADUEL *Psaume 49, 2-5*

Ex Sion species decoris eius : Deus manifeste veniet. *V.* Congregata illi sanctos eius, qui ordinaverunt testamentum eius super sacrificia.

Mes frères, tout ce qui a été écrit l'a été pour notre instruction, afin que, par la patience et la consolation que les Écritures nous donnent, nous ayons l'espérance. Que le Dieu de patience et de consolation vous donne d'avoir les uns envers les autres des sentiments conformes à l'esprit de Jésus-Christ, afin que d'un même cœur et d'une même bouche, vous rendiez gloire à Dieu, le Père de notre Seigneur Jésus-Christ.

C'est pourquoi accueillez-vous les uns les autres, comme Jésus-Christ vous a accueillis pour la gloire de Dieu. Car je vous déclare que le Christ Jésus a été le ministre de l'Évangile à l'égard des Juifs circoncis, à cause de la vérité de Dieu, pour confirmer ses promesses faites aux patriarches. Quant aux gentils, qu'ils glorifient Dieu pour sa miséricorde, selon qu'il est écrit : *C'est pourquoi, Seigneur, je publierai vos louanges parmi les nations et je chanterai des cantiques à la gloire de votre nom.* Et encore : *Nations, réjouissez-vous avec son peuple.* Ailleurs encore : *Louez le Seigneur, toutes les nations ; célébrez sa grandeur, tous les peuples !* Isaïe dit aussi : *Il paraîtra, le rejeton de Jessé, et il se lèvera pour régir les nations ; en lui les nations mettront leur espérance.* Que le Dieu de l'espérance vous remplisse de toute joie et de toute paix dans la foi, afin que, par la vertu de l'Esprit Saint, vous abondiez en espérance.

C'est de Sion que va briller l'éclat de sa splendeur, Dieu paraîtra au grand jour. *V.* Rassemblez autour de lui ses saints, qui ont placé son témoignage au-dessus des sacrifices.

+ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 11, 2-10*

In illo tempore : Cum audísset Ioáannes in vínculis ópera Christi, mittens duos de discípuis suis, ait illi : Tu es, qui ventúrus es, an alium exspectámus ? Et respóndens Iesus, ait illis : Eúntes renuntiáte Ioánni, quæ audístis et vidístis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur : et beátus est, qui non fúerit scandalizátus in me.

Illis autem abeúntibus, cœpit Iesus dícere ad turbas de Ioáanne : Quid exístis in desértum vidére ? arúndinem vento agitátam ? Sed quid exístis videre ? hómínem móllibus vestitum ? Ecce, qui móllibus vestiúntur, in dómibus regum sunt. Sed quid exístis vidére ? Prophétam ? Etiam dico vobis, et plus quam Prophétam. Hic est enim, de quo scriptum est : Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciém tuam, qui præparábit viam tuam ante te.

OFFERTOIRE *Psaume 84, 7-8*

Deus, tu convérsus vivificábis nos, et plebs tua lætábitur in te : osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, et salutáre tuum da nobis.

SECRÈTE

Placáre, quæsumus, Dómine, humilitátis nostræ précibus et hóstiis : et, ubi nulla suppétunt suffrágia meritórum, tuis nobis succúrre præsídiis. Per Dóminum.

PRÉFACE DE L'AVENT

En ce temps-là, Jean, ayant appris en prison les œuvres du Christ, envoya deux de ses disciples pour lui dire : « Es-tu celui qui doit venir ou devons-nous en attendre un autre ? » Jésus leur répondit : « Allez rapporter à Jean ce que vous avez vu et entendu : les aveugles voient, les boiteux marchent, les lépreux sont purifiés, les sourds entendent, les morts ressuscitent, l'Évangile est annoncé aux pauvres. Et heureux celui pour qui je ne serai point un sujet de scandale. »

Comme les envoyés s'en retournaient, Jésus se mit à parler de Jean aux foules : « Qu'êtes-vous allés voir au désert ? Un roseau agité par le vent ? Mais qu'êtes-vous donc allés voir ? Un homme vêtu d'habits délicats ? Mais ceux qui portent des habits délicats sont dans les demeures des rois. Qu'êtes-vous donc allés voir ? Un prophète ? Oui, je vous le dis, et plus qu'un prophète. Car c'est de lui qu'il a été écrit : *Voici que j'envoie mon messenger devant ta face, lui qui préparera ta voie devant toi.* »

Ô Dieu, vous vous tournerez vers nous, et vous nous donnerez la vie, et votre peuple se réjouira en vous. Seigneur, montrez-nous votre miséricorde et accordez-nous votre salut.

Laissez-vous apaiser, Seigneur, par les prières de notre humilité, jointes à ces oblations ; et puisque nous n'avons aucun mérite qui puisse plaider pour nous, veuillez nous assister de votre secours. Par...

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere : Dómine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus : per Christum Dóminum nostrum.

Quem pérdito hóminum géneri, Salvatórem miséricors et fidélis promisísti : cuius véritas instruétet íncios, sánctitas iustificáret ímpios, virtus adiuváret infirmos. Dum ergo prope est ut véniat quem missúrus es, et dies affúlgét liberatiónis nostræ, in hac promissiónum tuárum fide piis gáudiis exultámus.

Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus, cumque omni militía cæléstis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes.

COMMUNION *Baruch 5, 5 ; 4, 36*

Ierúsalem, surge et sta in excélso, ei vide iucunditátem, quæ véniet tibi a Deo tuo.

POSTCOMMUNION

Repléti cibo spirituális alimóniæ, súpplices te, Dómine, deprecámur : ut, huius participatióne mystérii, dóceas nos terréna despícere et amáre cæléstia. Per Dóminum.

Il est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant, par le Christ notre Seigneur.

Il est le Sauveur que, dans votre miséricorde et votre fidélité, vous avez promis au genre humain en perdition, afin que sa vérité instruisît les ignorants, sa sainteté justifiât les impies, sa force aidât les faibles. Alors donc que va bientôt venir celui que vous devez envoyer, et que le jour de notre délivrance jette son éclat, cette confiance en vos promesses nous fait exulter d'une pieuse joie.

C'est pourquoi, avec les Anges et les Archanges, avec les Trônes et les Dominations, avec toute la milice de l'armée céleste, nous chantons l'hymne de votre gloire, disant sans cesse...

Jerúsalem, lève-toi et tiens-toi sur la hauteur, et vois la joie qui te viendra de ton Dieu.

Rassasiés par une nourriture spirituelle, nous vous supplions, Seigneur, de nous apprendre, par la participation à ce mystère, à mépriser les choses de cette terre et à aimer celles du ciel. Par...